Apéndice II

Mons. Romolo Carboni, Nuncio Apostólico en Italia, decreto de ejecución de la Bula Ut sit, 19 de marzo de 1983 (Archivo General de la prelatura del Opus Dei, Secc. I, Serie I, n. 5371)

NUNZIATURA APOSTOLICA IN ITALIA
Prot. N. 15431/83

DECRETUM

De Apostolica sub plumbo Constitutione «Ut sit», qua Opus Dei in Praelaturam personalem erigitur, perficienda.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, Divina Providentia PP. II, Apostolicis sub plumbo Litteris, quarum initium «Ut sit», die XXVIII mensis novembris, anno MCMLXXXII, Pontificatus anno quinto, Opus Dei in Praelaturan personales ambitus intenationalis erexit sub nomine Sanctae Crucis et Operis Dei, breviato autem nomine Operis Dei.

Idem Summus Pontifex, auctoritate Sua Apostolica, nobis, Romulo Carboni, Archiepiscopo titulo Sidoniensis et in Italia Nuntio Apostolico, memoratarum Apostolicarum Litterarum munus perficiendi benigne tribuit.

Easdem itaque nos, prae manibus tenentes Litteras, easdemque Praelato personali Operis Dei Reverendissimo Domino Alvaro del Portillo, officio fungentes, statim offerentes, ipsam Praelaturam personalem, uti statutum est, constitutam declaramus cum omnibus iuribus et privilegiis quae, ad normam iuris communis, Praelaturae gaudent personales, simulque Reverendissimum Dominum Alvarum del Portillo Praelatitia dignitate et gradu insignitum, iuribus et privilegiis ornatum, oneribusque pariter en obligationibus ligatum, ad normam iuris generalis et praedictae Constitutionis Apostolicae, necnon propriorum Statutorum, quae –«Codex Iuris Particularis»– nuncupantur, renunciamus.

Mandamus denique ut quae constituta et declarata sunt, ab iis, quoruminterest, adamussim serventur.

Datum, Romae, in Basilica Sancti Eugenii, die 19 mensis martii anno Domini MCMLXXXIII.

+ Romulus Carboni
Archiepiscopus titulo Sidoniensis
In Italia Nuntius Apostolicus

Biblioteca Virtual Josemaría Escrivá de Balaguer y Opus Dei